~~CLXXV~~

In nomine domini nostri Ihesu Christi. MCCLXXXI. die veneris quartodecimo die mensis Martii. Indictione nona. In presentia dominorum Medii de Cassate filii quondam domini Guidoti de Cassate et Rugerii filii dicti Medii de Cassate et Saxii filii quondam Fumiani de Bollate civitatis Mediolani porte nove omnium testium rogatorum. Coram domino Anricho de la Fontana iudice et assessore domini Fornaxerii advocati potestatis Mediolani. dixit et protestatus fuit et confessus fuit et confitetur et protestatur et dicit Bonabellus de nigvarda sindicus et procurator comunis et hominum et universitatis et singullarum personarum burgi et curie et castellantie de Clavate ad hoc specialiter constitutus ut constat per publicum instrumentum sindicatus et procurationis traditum per Crapheum de Clavate notarium de burgo Clavate MCCLXXX die suo nomine et nomine dicte universitatis et singullarum personarum et hominum dictorum burgi et curie et castellantie de Clavate quod dicta universitas et homines et singullares persone dictorum burgi et curie et castellantie sunt districtabilles domini abbatis monasterii de Clavate et quod dictus dominus abbas de Clavate habet honorem et districtum et iurisdictionem in homines et universitatem et singullares personas et territorium dictorum burgi et curie et castellantie de Clavate et quod bene volunt accipere pesas et mensuras a dicto domino abbate et eius nuntiis et alia facere que pertinent ad honorem et districtum et iurisdictionem et que districtabilles debent et tenentur suis dominis. Quam quidem confessionem et protestationem dictus sindicus et procurator predicto nomine facit et fecit in presentia Iordani Bonati dicti Rubei sindici et procuratoris domini abbatis et capituli et conventus monasterii de Clavate et quia dictus sindicus et procurator universitatis et hominum et dicti homines et universitas et singullares persone dictorum burgi et curie et castellantie nollunt de cetero litigare vel causari cum domino abbate et capitulo predictis de Clavate nec cum eorum nuntiis ut dudum est causaverunt et in iudicio extiterunt. Igitur facta dicta confessione et protestatione incontinenti coram suprascriptis testibus Nos dominus Anrichus de la Fontana iudex ut supra ex predicta confessione condempnamus per sententiam diffinitivam sedentes pro tribunali predictum Bonabellum sindicum ut supra et per eum dictam universitatem et homines et singullares personas dictorum burgi et curie et castellantie de Clavate et dictos universitatem et homines et singullares personas predictorum burgi curie et castellantie ut dicto domino abbati et eius nuntiis debeant dare facere prestare obedire omnibus et per omnia totum illud quod districtabilles tenentur dominis suis et habentibus in eos honorem et districtum seu iurisdictionem. Actum in foro novo comunis Mediolani ad banchum ubi dictus iudex reddit iura in pallatio magno comunis Mediolani.

Ego Albertus de Cassate notarius camere pallatii comunis Mediolani tradidi et scripsi.

Halle/S.

Morbio 3 (175)

Anno domini millesimo [illegible] die veneris quartodecimo exeunte mense Martii, indictione nona.

[illegible]

~~CLXXV~~

In noie dni nri yhu xpi. Mcclxxxj. die veneris quartodecimo die mensis marty. Indictioe nona.
Inpresentia dnor medy decassate filij qdam dni guidoti decassate et rugery filij q. cti medy decassate
et saxij filij qdam fuiniani debollate ciuitatis mediolani porte noue omnium testium rogatorum.
Coram dno anricho delafontana judice et ass dni fomaxij aduocati pot mediolani. dixit et protesta
tus fuit et confessus fuit et cofitetur et protestatur et dicit bonabellus demiguarda
sindicus et procurator cois et hoim et vniuersitatis et singullaru psonarum burgi et
curie et castellantie declauate adhoc specialiter costitutus ut costat perpublicum instru
mentum sindicatus et procurationis traditum p traphenum delaclauate not deburgo clauate
Mcclxxx die suo noie et noie dicte vniuersitatis et
singullaru psonaru et hoim dictor burgi et curie et castellantie declauate q dicta vniuer
sitas et hoies et singullares psone dictoru burgi et curie et castellantie sunt districtabi
lles dni abbatis monastery declauate et q dictus dns abbas declauate habet honorem et
districtum et jurisdictionem inhoies et vniuersitatem et singullares psonas et territo
rium dictorum burgi et curie et castellantie declauate et q bene uolunt actisse pesas
et mensuras adicto dno abbate et eius nuntijs et alia facere que ptinet adhonorem et distric
tum et jurisdictionem et que districtabilles debent et tenentur suis dnis. Quam qdem
confessionem et ptestationem dictus sindicus et procurator predicto noie facit et
fecit i presentia jordani bonati dicti rubei sindici et procuratoris dni abbatis et capli
et conuentus monastery declauate et quia dict. sindicus et procurator vniuersitatis
et hoim et dicti hoies et vniuersitas et singullares psone dictor burgi et curie et castell
antie nollunt decetero litigare uel causari cu dno abbate et caplo predictis declauate nec
cum eor nuntijs ut dudum est causauerunt et in iuditio extiterunt. Ibique facta
dicta confessione et protestatione incontineti coram pdcis testibus. Nos dns anrichus delafo
tana judex ut supra expredicta cofessione codempnamus p sententiam diffinitiuam sedentes
p tribunali predictu bonabellu sindicu ut supra et p eum dicta vniuersitatem et hoies et
singullares psonas dictor burgi et curie et castellantie declauate et dictos vniuersitatem
et hoies et singullares psonas p dictor burgi curie et castellantie ut dicto dno abbati et
eius nuntijs debeant dare facere pstare obedire i oibus et p oia totu illud q districtabilles
tenentur dnis suis et habentibus i eos honorem et districtu seu jurisdictionem. Actu i foro
nouo cois mediolani ad bancu ubi dictus judex redit jura i pallatio magno cois mediolani.

Ego albertus de cassate not camere pali cois mediolani tradidi et spsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 3 (175)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1760065633-16/fragment/page=0003
DFG